UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

17

urn:nbn:de:hbz:466:1-43699

Visual Library

cum Chriſto æternùm victuras trãſmiſerunt. C
que & Paterni exequias celebraret Lauto Ep
pus, qui ante dies octo eius inuiſendi cauſa
nerat, eiuſque ſacrum corpus ad baſilicam d
taret: itemque Lanſcius epiſcopus S. Scubili
ad baſilicam eandem adduceret ambo pont
concinente pſallentium choro, præter omnem
pectationem ſibi inuicem occurrerunt, pari
in eodem loco conuenerũt: & viri ſanctiſſim
rum funera illi antiſtites curabant, fœlici t
locum orationis, quem ipſi extruxerant, eod
ſimul occuparunt: & qui ſe in vita mutuo d
rant, nec in morte quidem ſeparati ſunt, idq
vt vno eodemque momento, pariter condi
nec dubium, quin Chriſto redemptori no
ſtrì amantiſſimo, electi eius gratia è ſeculo
bus meritis illuſtres pariter occurrerint i
etiam poſt obitum beatis & mirificis oper
tegrè viuentes & miraculis coruſcantes ad l
& gloriam præpotentis Dei, cui eſt honor &
in ſecula ſeculorum. Amen.

Lauto Epiſcopus ſubſcripſit in urelianẽſi ...nc. 2 & 3.

MARTYRIVM S. MAPPALI
vt habetur in vetuſtiſſimis monument.

17. Aprilis.

SAnctus Mappalicus apud Africã cum a
ribus martyrio coronatus eſt. Scribit
atus Cyprianus in epiſtola ad martyre
feſſores hoc modo. Vox plena Spiritu
martyris ore prorupit. cùm Mappalicus
mus inter cruciatus ſuos proconſuli dicere
bis cras agonem, & quod ille cum virtut
teſtimonio dixit Dominus impleuit. Ago
exhibitus & Dei ſeruus in agonis promiſſ
ne coronatus eſt. Et poſt pauca. Hunc ig

B. Cyprian. epiſt. 922 & 23.

nem per prophetas antè dictum per Dominũ promiſſum per Apoſtolos geſtum Mappalicus ſuo & collegarum ſuorum nomine proconſuli repromiſit nec fefellit in promiſſo ſuo vox fidelis. Pugnam quam ſpopondit exhibuit, & palmam quam meruit accepit. Iſtum nunc beatiſſimum martyrem & alios participes eiuſdem congregationis & comites in fide ſtabiles in dolore patientes in quæſtione victores & cæteri quique ſectemini & opto pariter & exhortor, vt quos vinculum confeſſionis & hoſpitium carceris ſimul iunxit, iungat etiam cõſummatio virtutis & corona cæleſtis.

MARTYRIVM SS. MARTYRVM ELEVtherij Epiſcopi & matris eius Anthiæ. ex eo quod eſt per Metaphraſt. Vixit Eleutherius ſub ſummo Pontifice Anacleto. non autem ſub Aniceto quemadmodum de eo agit Nicephorus ex Metaphraſte. Nam cùm paſſus ſit ſub Hadriano Imp. & Anicetum poſt Hadrianum ſediſſe conſtet. manifeſtè patet error. Videtur autem Librariorum incuria accidiſſe vt Anicetus pro Anacleto poneretur.

ELeutherius ex inclyta vrbe Romana, illuſtri admodum genere diuitijs & mũdi huius gloria cum primis præſtantiſſimo ortus, (quippè cuius parentem ter conſulatum geſſiſſe referunt hiſtoriæ) pietate & religione admirabilis tanquàm lucidiſſimũ ſydus impietatis tenebras profligauit. Mater eius Anthia, fœmina omnibus virtutibus ornatiſſima, cùm ex D. Pauli prædicatione Chriſti fidem percepiſſet, religionis ſtudio incredibiliter incenſa, filium ſuum Eleutherium ſanctiſſimis diſciplinis imbuendum curauit, quò aliquandò doctri-

18. Aprilis.

Patria & parentes eius.